

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Türkische Texte mit französischer Übersetzung - Cod. St. Märgen 1

[Straßburg?], [um 1720]

Caput quartum

[urn:nbn:de:bsz:31-161021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-161021)

- ل lam valet l nostrum; In multis tamen vocabulis Turcicis præcedente aut sequente vocali *a o u* durius pronuntiatur, & quidem paulò lenius quàm l cancellatum Polonicum, idque fit feriendo extremitate linguæ extremitatem dentium superiorum, nonnihil spiritus tunc emittendo, & hoc sæpe designo literâ l. Nota tamen hîc, quòd lam articuli Arabici الل mutatur in legendo (non in scribendo) in literam subsequenterem, si sit una ex his ط ظ ن, quas Arabes vocant Solares, ut التقسيم *ettaksim*, distributio, pro *el teksim*, de quo fusiùs alibi.
- م mim planè ut nostrum m.
- ن nun quoque ut n. nostrum. In Arabicis tamen præcipuè & Persicis ante ب be & alterum م mim habet sonum ن seu m, ut من بعد *mim bæd*, pro *min bæd*, abhinc, deinceps, sic عنبر *æmber*, pro *æmber*, ambra, &c. Ante lam, & r, re proferatur ut l, & r, ut من ليل *millejin*, pro *min lejli*, à nocte, من رب *mirrebbin*, pro *min rebbin*, à Domino. Ante ح خ ع غ retinet proprium sonum, & ante reliquas sonat ut n finale Gallicum in *mon*, meus, ferè ut *ng. v. g. ان شاء الله in-sâ allâh*, si Deus voluerit, Deo dante, de quò fusiùs Erpenius aliique Grammatici.
- و waw seu wau consonans valet w Polonicum, ut supra explicui, aliquando tamen quiescit post ütiürü seu damma, & pronuntiatur in Arabicis ac plerumque in Persicis ut u longum, vel ut o pariter longum, si nempe sequatur durior litera; In Turcicis autem modò pronuntiatur ut u simplex, ut قوسمق *kusmak* vomere, modò ut o, ut صورمق *formak*, sciscitari, modò ut ö, ut بولمك *bölmek*, partiri, modò ut ü, ut دؤگن *dügün*, nuptiæ.
- ه he valet h Italicum, Gallicum, Polonicum & Germanicum. In Arabicis. cum est in fine nominum, solent superponi duo puncta sic ه ه ه, estque ut plurimum nota feminini generis, & tunc valet t, ac in revolutionibus vertitur in ت; Sed cum ista feminina Arabica Turcæ adhibent in sua locutione aut scriptione, sæpe loco ä vel ö scribunt ت, ut pro حكاية scribunt حكايت *hykâjet*, Historia, narratio; nec rarò, demptis illis punctis, scribunt tantum ä vel ö, ut loco ejusdem حكاية *hykâjet* dicant *hykâje*, ubi, ut vides, otari videtur illud ä vel ö, Quod plerumque fit in Turcicis & Persicis, ut انه *ne*, quid, پنجره *penğere*, fenestra, كه *ke*, qui, vel quòd, ut, &c.
- ل lamelîf sunt duæ literæ lam & l elîf, simulque sic scriptæ valent ut plurimum lâ.
- ي je valet i Italicum consonans, quiescit tamen post esse, seu kesre, & pronuntiatur ut i longum vocale, ideoque illud exprimo per î, quod notabiliter est protrahendum.

CAPUT QUARTUM

De Arabicis divisionibus literarum.

Dividuntur ab Arabibus literæ, I. *Ratione pronuntiationis* juxta præcipua ejus organa, in Gutturales, quæ scilicet formantur in gutture vocanturque حلقية *hal-kÿje*, seu حلقيات *hal-kÿjât*, ut sunt ح خ ع غ: In لهوية *lehwiye*, i. e. uvales, quæ in ea parte formantur, quàm Medici appellant vuam, & sunt ق ك: In شجرية *şejriye*, i. e. palatinas, quæ in palato formantur, & sunt ج ق ك ي: In اسلية *esliye*, i. e. sibilantes, quæ scilicet quodammodò sibilare audiuntur, ut sunt ز س ض: In نطعية *net-ÿje*, i. e. balbutientes; in has enim balbutientes sæpe incidunt, ut د ت ط: In لثوية *lis-wiye*, i. e. gingivales, quòd gingivæ quoque interiores in eis pronuntiandis concurrant, ut sunt ذ ن ظ: In زلقية *zelkÿje*, i. e. flexas, quippe in quibus pronuntiandis lingua flexatur, ut sunt و ل ن: In شفوية *şefhÿje*, i. e. labiales, quæ solis labiis formantur, suntque ب ف م: In لينية *liniye*, i. e. lenes, quæ leniter proferuntur, ut sunt و ي: & in لسانية *lisâniye*, i. e. linguales, suntque ut apud Erpenium, & Wasmuth ر ز س ش ص ض, quibus *Metoscita* addit د ن ت ط ظ ل ن

II. *Ratione officii*, dividuntur in Radicales & Serviles his vocibus mnemonicis comprehensæ يتسمنوا *ietesemmenü*, pinguescent, & بفلك *bifülk*, in navi, quarum priores partim formationi vocum, partim consignificationi inserviunt, posteriores semper consignificationi. Reliquæ omnes sunt radicales, nisi quod interdum ن & ب vicariæ sint ت servilis, adeoque & ipsæ tunc serviant.

III. Ra-

III. Ratione roboris, in Debiles & Robustas. Debiles sunt ا و ي, quia inter pronunciandum interdum enervantur & proprium sonum amittunt; quod fit, quoties vocali privatae (sive radicales sive serviles) immediate positae sunt post propriam seu homogeneam vocalem; ubi tunc vulgo dicuntur quiescere, & communiter hinc Quiescentes appellantur. Robustae sunt reliquae omnes, quibus id nunquam accidit. Homogenea autem vocalis ال elif est فتحة fetha Turcis üstün dicta; و waw est ضمة zämme Turcis ütürü dicta; & ي je est كسرة kesre Turcis esre dicta.

IV. Dicuntur eadem ا و ي commutabiles, quia invicem mutuo permutantur, reliquae omnes incommutabiles.

Porro dividunt Arabes literas suas in Solares, quae sunt tredecim: ت ث د ذ ر ز س: & in Lunares, quae sunt reliquae.

Verum hae divisiones pertinent ad Arabicam. In Turcicis autem sufficiat tibi divisio, de qua in litera a, pag. 3. nempe in literas duriores seu asperiores, quae suam vocalem efferunt, ut a y u, vel o, & in leniores, quae ut e i ü; & si vis, altera divisio in punctatas, & puncto carentes literas, quam quidem distinctionem ultimam Turcici Magistri خواجه chogia dicti maxime inculcant à principio suis discipulis; & statim atque Alphabetum probe norunt, proponere solent addiscendum, seu in memoria eorum imprimere student, quae & quibus punctis notentur literae, sequentia recitari jubentes

ت اوستنده be altynda bir nokta, ب التنده ب نقطه, elifte nokta jok, الفده نقطه يوق
ج قرتنده se üstünde üç nokta, ث اوستنده اوج نقطه, te üstünde iki nokta, ايكى نقطه
خ اوستنده chy üstünde bir nokta, ح اوستنده ب نقطه, bada jok, حاده يوق, gim karninda bir nokta, بر نقه
ر دة يوق rede jok, زال اوستنده zal üstünde bir nokta, زال اوستنده ب نقطه, dalda jok, دالده يوق, nokta
ش اوستنده اوج نقطه, سينده sinde jok, سينده ب نقطه, ze üstünde bir nokta, زه اوستنده ب نقطه, jok
ضاد اوستنده sad üstünde bir nokta, صاد ب نقطه, sadta jok, صادده يوق, sin üstünde üç nokta
عين ده يوق ey üstünde bir nokta, ظى اوستنده zy üstünde bir nokta, ظى ده يوق, tyda jok, nokta
فده اوستنده fe üstünde bir nokta, عين اوستنده ghajn üstünde bir nokta, عين اوستنده ب نقطه, ajnda jok, nokta
لامده kefte jok, كفته يوق, kaf üstünde iki nokta, كافت اوستنده ايكى نقطه, bir nokta, nokta
واوده nun içinde bir nokta, نون اوستنده nun içinde bir nokta, minde jok, منده يوق, lamda jok, يوق
يه اكننده ايكى نقطه, لام الفده يوق, lamelifte jok, لام الفده يوق, hede jok, هده يوق, wawda jok, يوق
je altynde iki nokta.

Quasi dicas: In ا elif non est punctum, seu ا elif caret puncto, sub ب be est unum punctum, supra ت te duo puncta, supra ث se tria, in ventre ج gim unum, in ح ha nullum, supra خ chy unum, &c.

Ubi nota, quod puncta hae diacritica ferè omnibus literis superscribantur, praeter ب ج ي, quae punctum infra se habent; Et quidem pro duobus punctis, immò etiam tribus videtur saepe unicum scriptum, loco autem trium punctorum saepe scribitur aut supra, praesertim in ش ش; Persae quoque scribunt saepe sub س س tria puncta ad distinctionem ش, quod eadem superne habet affixa; je autem finale propter notam formam nullum plerumque habet subscriptum punctum, praesertim in genere scripturae نسخى neshy dicto, quo in typis utimur.

CAPUT QUINTUM.

De vocalibus literarum, aliisque notis, & de combinatione ac lectione syllabarum.

Immediatè post Alphabetum subdunt Turcae in suis Abecedariis lineam hujusmodi cum his vocalibus aliisque notis:

uzun elif hemzelif meddelif teshtid gem iki ürü iki üstün ütürü üstün üç nokta iki nokta bir nokta
iki esre esre

ايكى نقطه, seu Arabibus نقطة noktātūn, significat punctum, unde ..
B iki